



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 133. Condæus Princeps Reginae jussu carceri mancipatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII.
A. C. 1616.

§. CXXXIII.

Condæus Princeps Reginæ jussu carceri mancipatus.

Quantumvis sancita hac pace Principes in Regis gratiam rediissent, nondum tamen præcipua dissidii causa sublata erat, sed adhuc omnium gravissima Condæanæ calamitatis invidia in Concinum Marefcallum Ancræum incubuerat, cujus nomen apud fœderatos hosce Principes oppido invisum, exosumque erat: Conjurabant hi dudum in hujus Viri excidium, censebantque alii, hunc seditione populi, aut Senatus sententia, alii sicarii manu emedio tollendum: nec tamen adeo secreta erant eorum consilia, quin ea Rex penetraret, quocirca Ancræum de periculo admonitum Parisiis excedere, ac in Normaniam, quam Regii Legati nomine regeret, contendere jussit, non sine magna Reginæ indignatione, quam tamen illa caute suppressens, Condæum Principem, utpote auctoritatis suæ æmulum, custodiæ dare jam tum decreverat. Offerebatur eidem brevi opportuna hujus consilii exequendi occasio; cum enim Ancræo Picardiam relinquente, Monbassonius Dux ex Ambianensi arce exteros milites Italos, quos An-

Ancræus ibi in præsidio habebat, eji- Sæc. XVII.
 ceret, hi vero Peronam versus, ubi a- A. C. 1616.
 liud Italorum præsidium erat, conten-
 derent, cives nimio præsidiariorum
 agmine sese onerari ægre ferentes, Lon-
 gævillani Ducis Picardiæ Præfecti o-
 pem implorarunt, qui etiam nulla mo-
 ra accurrens, Italorum ingressum præ-
 venit, traditisque arcis clavibus urbem
 suo subjecit imperio. Ea res summo-
 pere offendit Regem ac Reginam, quo-
 rum jussu Bullionius Marescallus eo con-
 tendit, ut Longævillanum ad évacuan-
 dam Peronam induceret. Lætabatur
 Regina de Bullionii absentia, ad exe-
 quendam Condæi captivitatem satis
 opportuna: Suffragabantur etiam in-
 festæ plurium susurationes de perversis
 Condæi machinationibus: quocirca Re-
 gina die trigesima prima Augusti Bas-
 somperrio in mandatis dabat, ut Con-
 dæum, Vindocinensem, Mayenium &
 Bullionium paulopost rediturum com-
 prehendere intentus esset. Altera die
 Regina Condæo Luparam ingrediente,
 ad suos conversa non sine cachino aje-
 bat: *Ecce Franciæ Regem, cujus tamen*
Regnum haud diudurabit: postquam vero
 Condæus ex Senatu ad Reginæ cubicu-
 lum accesserat, Theminius Regii fa-
 tellitii Præfectus Condæum captum in
 aula detinuit.

Kk 5 §. CXXXIV.